

Qui nequeunt esse Canonici.

lis est, necessariò intelligenda. Et ideo Religioſum non poſſe eſſe Canonicum tenent quamplures, quos adducit P. Thomas Sancier in Opere morali Lib. 7. Cap. 29. num. 75. Pro quo & Thomas à Ieſu in Cap. Non dicitur. Parte 2. Cap. 7. Dub. 3. §. 1. In eo enim maximè verificatur ratio, quam Canon inducit, quòd ſcilicet contra votum Deo factum venire probetur: contra profeſſionem inquam Religioſi ſtatùs, qui humilitatis, obedientiæ, & ſecceſſus à ſæculo eſt.

Sententiam quorumdam contrariam, antiquatam.

15 Dices primò aliquos eſſe Doctores, qui affirmant Regulares eſſe capaces Canonicatùs in Eccleſia ſæculari, vt videri poteſt apud P. Sancierum ſuprà num. 74. Sed contra hos eſt communiffima & veriffima ſententiã ita vſu recepta, vt contraria penitus videatur antiquata, & ab vſu Eccleſiæ reſecta, vnde ſine diſpenſatione Pontificis id numquam ad praxim reuocatur.

Neque titulum neceſſitatis ſuffragari.

Dices ſecundò communem deciſionem tunc quidem obſeruandam, cum non vrget neceſſitas, eã autem vrgente ob defectum Præbendariorum, Religioſos poſſe ad id muneris aduocari. Sic enim affirmat Rebuffus, & Gonzalez alios referens, ex illiſque P. Palaus ſuprà Puncto 3. n. 11. qui ex Nicolao Garcia addit in caſu dicto Beneficia non eſſe conferenda in titulum, ſed in Commendam, quia non videtur neceſſarius modus alius prouiſionis; & hic eſt aptior: ſiquidem, quandocumque reperiatur miniſter idoneus, poterit extraneus remoueri. Et ſic deciſum videri à ſacra Congregatione apud citatum Garciam Parte 7. de Beneficiis Cap. 10. num. 32. in 1. Declaratione. Verum neque hoc vrget, quia doctrina illa procedit circa Beneficia Curata, vt videri poteſt apud citatum Patrem, Auctores pro eadem afferentem. Cum enim §. decimum cum ſententiã Mandoliſ terminat dicentis hodie non diſpenſari cum Monacho ad Beneficium Curatum obtinendum, ſtatim ſequentem verbis illis auſpicatur: Limitanda tamen eſt doctrina &c. Et eſt illa etiam P. Sancier citato Cap. 29. num. 39. vbi pro eadem plures Auctores adducit. Et ex hac differentiã argui pro Aſſertione poteſt: nam ad Beneficia Curata promoueri Regularis nequit, cum tamen iuxta Ius commune capax illorum ſit, vt conſtat ex Cap. Quid Dei timorem, de ſtatu Monachorum (iuxta quod P. Leſſius verb. Religioſus Caſu 2. in Reſolutionibus poſthumis praxim Belgicam defendit) id enim propter bonum animarum ſic eſt ab Apoſtolicã Sede diſpoſitum: immò neque ad tempus ad eadem aſſumi, vt declarauit Gregorius XIII. cuius Declarationem adducunt plures Scriptores, vt videri poteſt apud P. Palaum, num. 20. citato & ſic ſe habet: Sanctiffimus D. N. Gregor. XIII. noluit licere Canonicis Regularibus Congregationis Lateranenſis, etiam de licentiã ſui Generalis, abſque permiſſu Summi Pontificis aſſumere curam animarum etiam ad tempus, multò minus Beneficium Curatum. Sic Declaratio. Ex qua ſit multò minus licere Beneficium ſimplex aſſumere, quia illud neque de iure communi licet, & ita neque ad tempus: quia etiam ad tempus aſſumptum ea habet inconuenientia, de quibus numer. præced. & ex eisdem fundamentis conſtat neque Episcopum in eo poſſe diſpenſare. Id quod ſpecialiter aduertunt P. Sancier loco nuper adducto

Doctrina id admiſſens, in Beneficiis Curatis tantum currit, & qualiter illud.

Greg. XIII. Etiam de illis vetuit, licet ad tempus.

n. 76. qui plures adducit, & P. Palaus num. 5, quamuis Staphylæus apud P. Sancierum contrarium ſentiat, minimè audiendus, ſicut nec Gambara apud Latretum ſuprà, Doctorem agmine repugnante, & nihil contra eos, quod aliquatenus vrgeat obiectans.

Ratio pro Curato maior, quam pro ſimplici.

16 Ratio autem cur non liceat in Beneficio ſimplici id, quod in Curato, iam inſinuata eſt, quia pro hoc eſſe poteſt neceſſitas, non pro illo, vt colligitur ex Cap. Præſcis § 5. diſt. ibi: Quia eatenus Eccleſiæ vel curiæ, vel ſufficientibus prælata ſunt miniſtris, vt plebibus ad ſe pertinentibus diuina munera ſupplere non valeant; concedimus vt ſiquis Monafterialibus diſciplinis eruditus &c. Ex Geſaſio Papa. Pro ſimplicium autem Beneficiorum adminiſtratione, in quibus magis eſt honoris & commodi, quam laboris, talis neceſſitas non eſt, cum illa ad animarum curam non ordinentur, licet ad diuinum cultum decenter exhibendum poſſint neceſſaria iudicari, vt in Eccleſiis Cathedralibus accidit: pro eo enim Præbendæ inſtitutæ ſunt; & vt vrgeat, diſtributiones quotidianæ diſpoſitæ ſunt, vt conſtat ex Concilio Tridentino ſeſſione 21. Cap. 3. & ex dictis Cap. præced. Cum autem cultus diuinus in Monafteriis etiam ſit decenter exhibendus, non eſt conueniens vt, iuxta vulgarem paræmiã, vnum ſpolietur altare, vt alterum veſtiatur: neque inquietandi Religioſi, cum poſſint Clerici ſæculares inquiri, & dictis muneribus admoueri. Non equidem deſunt illi in oppidis frequentioribus: ſi autem Cathedralis in ſolitario oppido fundata ſit, non eſt ibi quaerendus ſplendor & pompa inſignium ciuitatum. Et pro Feſtis ſolemniſſimis inuitari Religioſi poterunt, qui libenter accurrunt, etiam ſi nullius temporalis lucri illecebrã prouocentur. Quamquam neque erit indignum, vt aliquid huiusmodi per modum eleemoſynæ aut gratitudinis interdum tranſmittatur.

Cap. Præſcis § 5. diſt. ibi.

Aſſertio 2. Religioſum ſacrum Canonicum, non poſſe ab Episcopo puniri ob defectum circa mores.

17 Dico ſecundò. Si Episcopus opinione vtens inueroſimili Religioſum de licentiã ſuorum Prælatorum in Canonicum aſſumat, non poterit illum pro publicis delictis publicã animaduertiſione punire, licet quoad leuiore defectus in ſuo miniſterio corripere illum poſſit proportionatã correptione. Primum probo ex eo quòd talis manet abſolutè ſub obedientia Prælatorum Religionis, & multò magis quam Parochi, circa quorum mores & vitam nequit Episcopus coërciam potentiam exercere, vt vidimus Titulo præced. Cap. 7. In eo ergo ſeruandum quod à Concilio Tridentino ſtatutum eſt ſeſſione 25. Cap. 14. de Regularibus, vt tunc tantum puniri delicta Religioſi poſſint, cum notoria ſunt, & extra clauſtra commiſſa, ac proprius Prælatuſ admonitus omiſerit punitionem, aut de ea Episcopus intra tempus ab eo aſſignatum non fecerit certiore. Secundum autem ex eo oſtenditur, quia cum ad Episcopum pertineat, vt ea, quæ ad diuinum cultum ſpectant, cum omni decentiã adminiſtrantur, in eo, qui adminiſtrant, videntur eidem eſſe ſubiecti. Non videntur autem in tali adminiſtratione alij eſſe defectus poſſe, niſi qui in modo aſſiſtendi in Choro, aut Miſſas celebrandi, occurrere ſolent, qui graues eſſe in Religioſo vix poſſunt, vnde non eſt cur ad grauem ſit animaduertiſionem ab Episcopis veniendum.

Quid circa defectus in miniſterio.

CAPVT IV.

An eo quòd decimalia emolumenta ad diſtributiones quotidianas in Eccleſijs Indiarum ſint redacta, obligatio erogandi ſuperflua pauperibus &c. in Præbendarijs minuatur.

19 Circa conuenientiam diſpoſitionis dictæ, pro quã Concilium Limentanum ſecundum ſeſſione 2. Caput. 66. & Indiarum, in alyſ multa ſeruatur. tertium Aſt. 3. Cap. 26. videndus Dom. Solorzano Tomo 2. Lib. 3. Cap. 14. num. 19. & in Politicã Fol. 616. Quod & in nonnullis aliarum Prouinciã Eccleſijs ſeruari ſupponunt Doctores, dum de diſtributionibus agunt, & earum diſcrimen oſtendunt vſitatumque iam pridem probant Gloſſæ Decretalium citandæ num. ſequenti. & in omnibus ferè Cathedralibus ac Collegiatis Hiſpaniæ ac Luſitaniæ in vſu eſſe affirmat P. Fragofus Tomo 2. Lib. 10. Diſput. 23. §. 1. verſ. Tertio limitatur. Et vt conſuetudine dictã extante, non ſit obligatio erogandi pauperibus, aut in alia pia opera expendendi, quæ congruè ſuſtentioni ſuperfluunt, ex eo videtur probari, quia eſt diſtributionibus obligatio iſta non emergit, vt tenent Doctores plures generaliter loquentes, & inter alios Couarruias, Sylueſter, Roſella, quos adducit & ſequitur P. Bauny in Praxi Beneficiorum, Diſput. 15. Quæſt. 23. Dub. 2. Aſſert. 2. & plures alios apud P. Thomam Sancierum Lib. 2. Conſiliorum, Cap. 2. Dub. 46. quibus adde D. Eſcobar à Corro Tractatu de Horis Canonicis, Quæſt. 5. §. 2. num. 26. & videtur etiam tenere P. Reginaldus Lib. 10. Tractat. 3. num. 92. Quorum ratio eſt: quia diſtributiones conceduntur ob perſonale miniſterium, ſuntque denarius diurnus labori debitus, vt iam diximus; quando autem tale aliquid eſt, nequit onus eidem apponi: hac enim de cauſã ex bonis acquiſitis ob miniſteria Eccleſiaſtica prædicationis, auditionis Confeſſionum, celebrationis Miſſarum, & ſimilium, non eſt obligatio erogandi quidquam, iuxta communem ſententiã Doctorem: cenſentur enim quaſi patrimonialia, vt videri poteſt apud P. Sancierum ſuprà, dub. 45. numer. 4. P. Palaum numer. 5. apud quem P. Vaquez, P. Coninek, & P. Leſſius. Nihilominus

Vſus diſtributionum in Eccleſijs Indiarum, in alyſ multa ſeruatur.

Pro minuenda obligatiõne quid facere videatur.

20 Dico primò. Præbendarij Indici non minus ad eroganda ſuperflua tenentur, quam ſi vſitato aliis Prouinciis modo Præbendæ fructus acciperent. Et oppoſitum videtur improbabile, rationiſque atque auctoritatis præſidio deſtitutum. Licet enim ſint qui de diſtributionibus videantur generaliter locuti, de illis tamen agunt, quæ verè & propriè tales ſunt, iuxta communem ſacrorum Canonum, & Doctorem de illis ſcribentium intellectum. Illæ enim quæ propriæ diſtributiones ſunt, quotidianæ item ſunt, quia quotidie tamquam denarius diurnus tribuuntur, iuxta dictã num. 7. & ita in Iure, cum de illis agitur, proponuntur, vt conſtat ex Cap. Licet, de Præbendis ibi: Nolumus autem vt quotidiana diſtributiones, quæ tantum reſidentibus in Eccleſijs, & iſ, qui interſunt horis Canonicis, exhibentur, ei tribui ſaciat. Cap. Licet de Præbendis.

Aſſertio 1. obligatio eadem ſicut in alijs Præbendarijs.

Cap. Licet de Præbendis.

Z Z 2 Quan-

Factum cuius Episcopi non probandi.

Aſſertio 3. Clerici ſubrogati obligationes ſubiecti proprietarijs communes, quorum & priuilegijs potiuntur, excepta obligatione ſuperflua largiendi.

Quid iuxta ſus eamque circa dictã obligatiõnem.

niendum; & ita non probandum, quod à quodam dicitur factum Episcopo, qui ſuæ Religionis ſocium, quem fecerat ille Canonicum, & in publico grauitèr deliquerat Regij Gubernatoris iniuria, in Choro publicè Religioſorum more traduxit, acri verberatione, vt eo pacto Gubernatori ſatisfactio conueniens præberetur. Niſi fortè à Prælato ſuo id ipſi permiſſum, aut ſocius talis eius obedientiæ penitus ſubiaceret. Sed non credo ſubiectiõnem ad caſus iſtos extendi conuenienter poſuiſſe; quandoquidem ſupplicium in proprio poſuit Conuentu inferri, & pœnis reſuſionis, aliſque ex ſe perſpicuis, ſatisfactio proportionata diſponi.

18 Dico tertio. Clerici ad Præbendas in caſu dicto ſupplendas adſciti, ad omnia tenentur, ad quæ proprietarij Præbendati, ſicut & eorum frui priuilegijs poſſunt, ſi qua ſunt in modo ſeruendi. Id conſtat: quia ſubrogatio ſit cum omnibus qualitatibus, quæ in eo eſſent, pro quo ſuccedit ſubrogatus, vt probant Doctores, quos adducit Dom. Solorzano Tomo 2. Lib. 2. Cap. 19. num. 22. & Lib. 3. Cap. 9. num. 24. Si verò ſtipendium non ſit integrum, ex eo capite erit inæqualitas, quantum ad obligationem detrahendi congruam portionem pro ſuſtentione, & reliqua pijs operibus applicandi: vix enim vlla eſſe videtur: quia ſi proprietarius tantum pauperibus, aut pijs operibus applicaret, quantum ſubrogato detrahitur, ſatis ſuæ obligationi ſatisfeciſſe videretur: ergo cum illud minus hic habeat, ad nihil aliud videtur obligandus. Hac ratione excuſantur qui vicariam habent temporalem, vt videri poteſt apud P. Palaum Tomo 1. Tract. 6. Diſput. 2. Puncto 5. num. 2. & 3. Et præterea eſt ratio aperta: quia id, quod detrahitur, pijs eſt operibus applicandum; neque enim reſeruandum ſuſceſſoribus eſt in Indijs, in quibus decimales groſſa pro Præbendarijs ſequeſtrata, inter eos diuiditur, licet pauciores ſint quam eſſe debeant, iuxta Eccleſiarum erectionem: nihil ergo ſuſceſſoribus reſeruatur, & ita quod pauci ſuperfluit, pijs operibus deſtinandum. Quidquid ergo de communi iure ſit, de quo poſt alios eruditè agit P. Bauny in Praxi Beneficiorum, Diſput. 15. Quæſt. 22. & de nouis ſtatutis in Beneficijs Cameræ Apoſtolicæ, de quibus Zerola Parte 1. verb. Beneficium ad ſextum: praxiſ equidem dicta contraria illis penitus non eſt: quia vt conſtat ex Cap. Quarta, de officio iudicis Ordinarij, & ex Cap. Præſenti, eodem titulo in Sexto. Vacantium Beneficiorum fructus ita adminiſtrare œconomi ex præſcripto Ordinariorum debent, aut eorum, ad quos cura talis ſpectat, vt eos aut in vtilitatem Eccleſiarum expendant, aut futuris perſonis fideliter reſeruent. Quando ergo nihil reſeruatur ſuſceſſoribus, ſed in Eccleſiæ vtilitatem expenduntur, communis iuris diſpoſitionibus non penitus contrariatur. Leges autem de ſpolijs pro Camerã Apoſtolicã in Indijs non ſunt receptæ.

Cap. Conſuetudine de Cleric. non reſid.

Cap. Olim de verbor. ſignificat.

Conc. Trid.

Ratio pro Aſſertione manifeſta.

Conc. idem

Aſſertio 2. ex diſtributionibus portionem debere pauperibus.

Quando autem tota Præbenda in eis conſiſtit, nõ diſtribuantur quotidie, ſed in fine anni. Similiter in Cap. Conſuetudinem, vnicõ de Cler. non reſident, in 6. ibi: *Diſtributiones quotidianaſ, quæ aliã Manualia Beneficia, ſeu victualia nuncupantur.* Vbi Gloſſæ id obſeruant, quas communiter Doctores ſequuntur. Hinc Præbenda ſic dari ſolita diſtributionis nomine non comprehenditur, ſed vt quid ab illis diſtinctum in Cap. Olim, de verb. Signific. ibi: *Præbendam, quæ tantum reſidentibus de communi conſertur, ſicut vni ex alijs, de communibus prouentibus, & Manualia Beneficia non conſerrent, &c.* Manualia enim Beneficia diſtributiones quotidianaſ ſunt, iuxta id, quod ex Bonifacio VIII. in citat. Cap. Conſuetudinem, iam expreſſum habemus. Concilium etiam Tridentinum *ſeſſione 21. Cap. 3. ibi: In quibus nulla ſunt diſtributiones quotidianaſ. & ſeſſione 22. Cap. 3. Illius diei diſtributionem amittant, &c.* Sic alibi. Videntur Dom. Solorzanus citato Cap. 14. num. 23. & ſeqq. Vbi plures Auctores ita de diſtributionibus ſentientes adducit, quibus addendi P. Thomas Sanctius citato Cap. 2. Dub. 11. præter id quod Dub. 46. citat. vt certum præſupponit in illius initio; diſtributiones ſcilicet eſſe partem diſtinctam à groſſa Beneficij, & quæ titulo illius datur. Pater Reginaldus ſuprà, numer. 22. & 23. in cuius fine clarè oſtendit ſe de quotidianis diſtributionibus fuiſſe locutum: P. Bauny ſuprà, quaſt. 24. quæ per errorem impreſſionis eſt. 23. Dub. 6. licet omninõ contrarius ſibi in eo; de quo inferius. P. Fragoſus Tomo 2. Lib. 10. Diſputat. 23. §. 1. numer. 2. & 13. Verſ. Tertio limitatur, vt alios omittam.

21 Ratio autem eſt manifeſta. Quia non eſt titulus aliquis, propter quem Præbendam accipientes modo dicto ab obligatione communi Præbendariorum eximendi ſint. Quod enim hoc aut illo modo Præbenda detur, illius ſubſtantiam non variat, neque ſpecialis labor Præbendarij adicitur, quandoquidem vt lucrentur, neceſſario aſſiſtere debent, vt ſtatuitur in Concilio Tridentino ſeſſione 24. Cap. 12. ibi: *Non liceat vigore cuiuſlibet ſtatuti aut conſuetudinis, ultra tres meſes, ab eſdem Eccleſijs quolibet anno abeſſe, &c.* Habet ergo modus dictus diſtributionis illud ſpeciale, vt amilla à non aſſiſtentibus accretant iis qui aſſiſtunt: quod non accideret, ſi Præbendario cuiſlibet certa eſſet quantitas annuatim designata: pro quo Couarruias adductus num. 9. vbi de hac dictum diſtinctione. Quod quidem tantum abeſt vt obligationem Præbendariorum minuat, vt potius augeat: quia hoc modo locupletiores redduntur, vt in omnibus omnem ſufficientiam habentes abundant in omne opus bonum, iuxta Apoſtoli monitum, & ita diſpergant, & dent pauperibus. 2. Cor. 9.

22 Dico ſecundõ. Etiam vbi diſtributiones non ſunt tota Præbenda, ſed portio aliqua ex decimã maſſa detracta, tenentur illas lucrantes ad eundem expendendi modum, de quo in Aſſert. præced. Sic Sarmientus, & Nauarrus, quos adducit & ſequitur P. Sanctius Dub. 46. citato. P. Bauny Dub. 6. contrarius ſibi, vt iam dixi: ſed poſteriori ſtandum Aſſertioni, vt teſtamento, quo prius facta reuocantur. Vt autem in gratiam viri docti contrarietatem talem explicatione commodè

propulſemus, dici poteſt in priori loco, vbi ſic ſtatuit: *Dico ſecundõ: Nec de annoniſ diarijs, quas diſtributiones nominant, quidpiam eſſe pauperi dandum, quod negatum in negantijs ceſſat exitum: de diſtributionibus loquit, quæ ad quotidianum victum neceſſaria ſunt, ita vt nihil ex illis ſuperfluat.* In ſecundo autem, vbi ſic inquiri: *An ſi diſtributiones diaria ſint hijs, quæ ad victum, ſuique ſuſtentationem honeſtam ac decentem, Beneficiatus exigat, ampliores reneantur, quod de ijs reliquum erit, in res pias, in opumque commodum impendere?* Et reſpondet ſtatim ſic *Omnino, nam omnia bona Eccleſiæ ſunt eiſdem generis & conditionis.* Et probationem latius exequitur: ibi inquam de alijs loquit, quæ abundantiores ſunt. Benè verum eſt rationem ab eo pro Aſſertione priori adductam ex explanatione iſti non congruere: arguit enim ex eo quod Præbendarius ob miniſterium ſuum mercedem illam diariam accipiat, cuius & dominium comparat; & idè ab Eccleſiã non poſſe onus illud imponi, ſicut neque patrimonialibus, quia quaſi patrimonialia ſunt. Quæ ratio probat, etiamſi aliquid ſuperfluat, non eſſe obligationem ad illud piè expendendum, ſi verè quidquam probat iuxta Auctoris mentem, pro quâ hæc ſatis. Fundamentum autem Aſſertionis noſtræ iam indicatum eſt, quia diſtributiones non habent conditionem diuerſam ab alijs fructibus Præbendæ, neque ex modo, quo tribuntur, illa fundari poteſt, ſicut de diſtributionibus, in quibus tota eſt Præbenda conſtituta, dicebamus. Et illo irrefragabili fundamento præſuppoſito, videtur euidentis confequentia circa quotidianas, de quibus loquimur. Neque illæ abſolutè pro diaria ſuſtentatione dantur: alioqui quod reliquum eſt Præbendæ & maior eſt illius pars, deberet in pia opera diſperdiri: quia congruè detracta, id quod ſuperfluit, ſic expendendum eſt, de quo ex profeſſo dictum Tit. 13. num. 72. & ſeqq. Hoc autem quis admiſerit? Dantur ergo vt diarium ſubſidium, & leuamentum laboris, & deſidij excitamentum, iuxta dicta num. 12.

23 Neque obiecta vrgent: licet enim ſtipendium laboris ſint, id etiam habet Præbenda tota, quia Beneficium datur propter officium; & tamen onus illud pietatis adnectitur. Cui quidem non obſtat dominium earum adquiri: nam & iis, quæ ſic adquiruntur, poteſt onus charitatis imponi quod grauitèr quidem vrgat, nec tamen implementi defectus obligationem reſtitutionis inducat: eſt enim obligatio velut paterna ab Eccleſiã impoſita; Pater autem non ex iuſtitia, ſed ex pietate tenetur ſubuenire neceſſitatibus filiorum iuxta communem ſententiam. Et ita poteſt quis donationem patri facere intuitu filiorum, vt illis ſcilicet in neceſſitate ſuccurrat, nullam ſpecialem eidem obligationem adiciens, ſed vt illi, quæ ipſi eſt propria, ſatisfaciat: quod ſi non fecerit, ad reſtitutionem non tenetur eiſdem filiis faciendam pro quo videri poſſunt P. Leſſius Lib. 2. Cap. 9. n. 152. P. Fillucius Tract. 28. n. 4. P. Azor Tomo 2. Lib. 2. Cap. 4. quaſt. 26. P. Reginaldus Lib. 20. n. 10. Baſſus verb. Alimentis, n. 5. Sayrus in Clau Regia Lib. 7. Cap. 5. n. 15. & apud eos alij, vt non videatur circa hoc poſſe dubitari.

P. Bauny contraria dicta conſiliantur.

Fundamentum Aſſertionis.

Obiectis ſi ſatis. Vbi quod et, cuius dominium adquiritur, poteſt onus pietatis imponi.

CAPVT V.

Quid circa congruitatem ſuſtentationis obſeruare Indici debeant Præbendarij.

24 **D**ictum de hoc Titulo 13. num. 72. & ſeqq. & ſpecialiter num. 75. cum de Episcopis ageremus: ibi enim dicta ad Præbendarios ſunt, proportionem perſonarum ac reddituum ſeruata, penitus aduocanda. Sed vt aliquid magis ſpeciale pro eiſdem adijciamus

Aſſertio 1. Quæ vanitatem ſaculi redolent, non poſſe in Congrua comparari & que illa.

Lucæ 16. v. 19.

D. Bernardi præclaræ declamatio.

Dico primõ. Præbendarij Indici non poſſunt ad Congruam referre, quæ ſæculi redolent vanitatem, qualia ſunt veſtes hoſericae magni pretij, aut earum varietas; ſerui multiplices, & eorum pretioſus ornatus, quem & in Episcopis damnat Dom. Villaroel, & ipſe Episcopus Parte 1. Quaſt. 2. Art. 3. num. 14. Qui & pro eorundem conuiuijs videndus Quaſt. 3. Artic. 1. & Parte 2. Quaſt. 14. Artic. 4. num. 36. Lecti curioſitate mirabiles, & operimentis planè regijs curruſ vrbani nobiliorum curribus exæquandi; aulae ſimilis qualitatis: menſæ ex auro & argento ſingulariter ſpectabilis apparatus, & quotidiana fercula illius inſtar, qui epulabatur quotidie ſplendidè, conſequenter ad illud: *Qui induebatur purpurâ & abyſſo.* Lucæ 16. verſ. 19. Sic enim fiet vt multi Lazari ſint, qui neque micam pro tolerandâ lazari, neque malagma pro curandis, aut panniculum pro leniendis vlceribus aſſequantur. Et hæc quidem ſatis comperta ſunt: cum Principes potius deceant, quam Chriſti miniſtros, & Chriſtiana moderatiõis exemplaria, quibus commendati pauperes, quibus pia opera demandata: pro quibus Fideles in ſadore vultus ſui terram colunt, non vt ſæculi pompas nutriant, ſed vt decentem & honeſtam viuendi rationem, talibus adiuui præſidijs cum omni tranquillitate complectantur. Ideo contra huiuſmodi meritõ Diuus Bernardus inuehitur Epistol. 42. Col. 3. ita ſcribens: *Clamant verõ nudi, clamant ſameſici, conqueruntur, & dicunt: Nobis frigore & fame laborantibus quid conſerunt rotæ mutatoria, vel extenſa in periculis, vel plicata in manibus? Noſtrum eſt quod eſſenditis, nobis crudeliter ſubtrahitur quod maniter expenditis. Et nos Dei plasmatio, & nos Sanguine Chriſti redempti ſumus. Nos ergo fratres veſtri: videte quale ſit de fraterna portione paſcere oculos veſtros. Vita noſtra cedit vobis in ſuperfluis copias. Noſtris neceſſitatibus detrabitur quicquid accedit vanitatibus veſtris. Dux ergo mala de vna prodeunt radice cupiditatis, dicit & vos vanitando, & nos ſpoliando perimitis. Huc accedit, quod hæc omnia nec negotiatiõis ſtudio, nec proprio manuum exercitio vobis laboratijs: ſed nec iure hereditario poſſideris: niſi & forte vos in corde veſtro dixeritis: Hereditate poſſidemus Sanctuarium Dei, Pſalm. 82. v. 15. & hæc pauperes modo quidem coram Deo tantum, cui corda loquuntur. Ceterum in futuro ſtabunt in magna conſtantia aduerſus eos, qui ſe anguſtiantur. Sap. 5. v. 1. Stante quidem pro eis Patre orphanorum, & iudice viduarum. Pſalm. 67. v. 5. Ipſius enim tunc vox erit. Quamdiu non feceritis vni de iſtis minimis, nec mihi ſeciſtis. Matth. 25. verſ.*

Theſauri Indici Tom. II.

45. Hæc ille, & alia, ad quæ Præbendariorum debet attentio commoueri, & conſcientiæ remorſus fideli eorum exauditione; non Scruptorum quorundam nimis laxa doctrina loſpiri. Pro quo & Auctores quamplures congerit Aſonſus de Valdes in Tractatu de Eleemoſyna pag. 42. Col. 2. & ſeqq.

25 Dico ſecundõ. In vrbibus præcipuis Indiarum, vbi curruſ ſunt honorarij in vſu, poterunt Præbendarij iis vti, ſi pro neceſſitate magis, quàm pro vanitate videantur adhiberi, quod eorum ſtructura & ornatus facient manifeſtam. Nouimus aliquos ex primarijs Dignitatibus, qui numquam vt illis vterentur, adduci poterunt. Neque erat illud puſillo animo tribuendum; ſed quia ſuperfluum exiſtimabant, quibus vna erat terenda via; à domo ſcilicet in Eccleſiam; vel ſi quæ rarior alia, pedibus ſimiliter decurrenda, vel ſi libeat, mulà decenter inſtrata. Niſi ſomniõs id dandum conſuetudini, & aliquali neceſſitati cum moderatione dicta: ſic enim multi timoræ conſcientiæ, & doctrinæ non vulgaris faciunt; idque ſine ſcandalo. Si non ſit notabilis in ornatu exceſſus, peccatum erit aliquod, quia & aliquid in eo vanitatis; ſed non mortale; cum alijs ſumptus iſte quotidianus non ſit: quod & de ſellis geſtatorijs, aut currilibus, ac ſimilibus pariter aſſerendum. Vbi & perſonarum dignitas attendenda: nam vt benè ait P. Bauny in Præbendariorum Diſput. 15. Quaſt. 24. quæ per errorem typographiæ eſt 23. poſt dicta ab eodem Quaſt. 16. vbi alios magis in ſpeciali loquentes inducit: plura Decano licent, quàm ſimplici Canonico: vt enim ille meritis ac dignitate præſtat: ita & ſplendidior decet agendi ratio; vnde & conſequenter plura licent Canonico, quàm Portionario, & huic etiam plura, quàm dimidiam habenti portionem. Pro quo & P. Molina Diſput. 145. §. Primum eſt. & ſeqq. & P. Thomas Sanctius Lib. 2. Conſiliorum Cap. 2. Dub. 41. num. 1. & 9. ex quibus & alijs D. Michadæ Tomo 2. pag. 62. n. 4. Sed ille eſt Indiarum abuſus; vt eſſe omnes pares velint: & illi, quorum parentes mechanicis ſunt opificio noti, vbi dignitatis aliquid in Eccleſiã ſint adepti, primarios pergant dignitate & ſanguine Præbendarios exæquare. Sed ſua ſit multus laus, qui Propheticum illud audientes: *Stas in gradu tuo.* Dan. 10. v. 11. in eo contenti, & iuxta illius qualitatem agentes, nihil inſolentiæ permittunt, nihil deferunt vanitati.

26 Dico tertio. In Præbendarij Indici plus aliquid ſplendoris licet quàm in Europã, vbi fides altas egit radices; & ratione illius plus etiam ad congruam ſuſtentationem aſſumi poteſt. Id ex eo oſtenditur, quia apud Indos ſplendor iſte peculiarem auctoritatem inducit, & reuerentiam parit, quæ & apud Europæos neceſſaria eſt, ne in regionibus iſtis ex illius defectu gratia incommoda ſubſequantur. Sic colligitur ex Ferdinandõ Zurita in Enchiridio Indico Quaſt. 32. Propoſt. 1. qui tamen Propoſt. 2. addit id intelligendum niſi pauperes grauitèr egeant. Sed certè quod inde pijs operibus detrabitur; ſingulari eſt morum honeſtate ſupplendum, & eorum ſplendore exterior ille ſplendor ſuperandus. Pro quo D. Bernardus Epistol. citata ſic habet: *Vos autem abſte vt in talibus honorificandum quæcunq; miniſterium veſtrum.*

Z Z 3

Aſſertio 2. Quid in vrbibus præcipuis. Vbi præſertim de curatibus hoſerica noſtra.

Dignitas, tam attendenda perſonarum.

In Indiarum abuſus.

Aſſertio 3. In quibus plus aliquid ſplendoris licet.

Sed mori ſplendore iuſtificantur.